

posset esse donatus libertate, et cuius maiores serviverunt^(a) aliquando. Ubertinus hic erat suus discipulus, filius Francisci Novelli; Carrariensis erat quedam familia clarissima^(b), Patavii domina, sic dicta quod illi principes Carrarienses currum pro insigni gestabant^(c).

Materia tamen est de ingenuis moribus adolescentium, id est quo pacto sint instruendi adolescentes et iuvenes ingenui^(d), et quibus artibus sint imbuendi. Non incepit^(e) ipse a primis annis, *sed* ab adolescentulo. *Quod* Plutarchus *non* fecit^(f), qui in illo libro, *qui* de^(g) educandis liberis inscribitur, et quem Guarinus ille senior de 10 graeco traduxit in latinum^(h), a prima genitura infantium incepit et a lactandis lacte pueris, donec ad provectam usque aetatem pervenerint⁽ⁱ⁾. Hic vero de adolescentia agit, ille vero de pueritia tractavit. Volens ergo scribere de ingenuis moribus adolescentium, [et] facit duo: docet 15 quo pacto sint instruendi adolescentes, hoc est, bonis moribus et litteris vel artibus imbuendi; praemittit^(j) quoque prohemium, quo alloquitur illum Ubertinum. Praeterea non incepit ut ab exordio, sed a fide et auctoritate testimoniorum, imitatus Ciceronem in illo de amicitia libro, qui et ipse incepit auctoritate testimoniorum veterum virorum, id est, a Q. Mutio Augure Scevola et Laelio, sic incipiens^(k): « Quintus Mu- 20 « tius Augur Scevola multa narrare de C. Laelio », et caetera. Sic iste hoc in loco *in*coepit ab auctoritate illius Francisci senioris, qui fuit avus ipsius Ubertini, ad quem hoc opus direxit et dedicavit. In qua re genealogia illorum principum sic computatur Carrarensium. Franciscus hic senior, princeps Patavii, vir praestantissimus et doctissimus 25 in omne re et in arte militari fuit. Qui genuit Franciscum Novellum, qui postmodum etiam ipse per successionem successit patri in regnum, et princeps fuit. Hic Franciscus Novellus genuit Franciscum^(l) ter- tium, Ubertinum et Marsilium, fratres. Extincto illo Francisco Novello, tercius Franciscus successit ipse suo patri in regnum; paulo post hic 30 captus^(m) est a Venetis et perii in Venetiis eo pacto in carcere⁽ⁿ⁾.

(a) servient (b) carissima (c) gestabat (d) ingenii (e) incepit (f) annis ab adolescentulo Plutarchus fecit, *ma* forse basterà supplire ut dopo adolescentulo
(g) libro de (h) pervenerit (i) praetermittit (k) incipies (l) Franciscus
(m) raptus

(1) Allude al trattatello « περὶ παιῶνος ἀγωγῆς » (*Moralia*, vol. I, p. 1).

(2) Il lettore osserverà che il biografo ignora i sette predecessori di Francesco il Vecchio, tace dell'esistenza di Giacomo di Francesco Novello, e

ci presenta Francesco III quale successore del padre nel suo « regno », laddove in realtà l'unico retaggio che toccò a Francesco, come pure al fratello Giacomo, fu quello dell'atroce strangolamento a Venezia - di cui la